Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum
Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.
Band: - (1752)
Heft: 26

Artikel: Dissertatio de religione Homeri
Autor: Zimmermann, J.J.
DOI: https://doi.org/10.5169/seals-394716

Nutzungsbedingungen
Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation
L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use
The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 30.10.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

DISSERTATIO
de Religione HOMERI
Autore
JO. JAC. ZIMMERMANNO.

I.

PRimi qui de Deo rebusque divinis inter græcos disserebant, *Poëtæ* erant: omnium autem fere consensu, antiquissimus est, HOMERUS; de cujus natalibus, ætate, Scriptis atque Auctoritate accurate disserit *Eruditissimus Fabricius* Bibl. Græcæ Tom. I. ad quem *Homeri* studiosos ablegamus. Varia semper de Eo fuisse judicia notum est. Sunt, qui omnium Scientiarum arcana in eo deprehendunt, hominumque, quos terra tulit, eundem *Eruditissimum*, atque *Sapientissimum* adpellant, nihil unquam de homine tam præclare dici potest, quod *Homero*, si hos audias, non jure meritoque adscribi debeat: qui igitur horum judicio *Homerum* diu noctuque manibus terit, brevissimo tempore *Pansophus* fiet. Hinc factum, ut omnes Sectæ Philosophorum *Homerum* in suas partes pertrahere voluerint. *Obtorto collo rapitur*

in partes a Philosophis Homerus (verba sunt Doctissimi Kuhnii ad Laërt. 9.) *hac ratione miser ille Poëta inter tot manus disceptantium aut Penthei fata experitur, aut suo ipse Proteo cogitur esse mutabilior. Hîc cum Pyrrhone dubitat; ibi cum Cynico latrat, nunc cum Stoa tricatur, nonnunquam Peripatetico latus claudit, imo summum Bonum cum Epicuro ventre metitur.* Et quod mireris, Christiani eo insaniæ processerunt, ut *Historiam Fataque populi Judaici* in eo describi adseruerint. Bonus ille *Ulysses* mox *Lothus*, mox *Isacus*, mox *Abrahamus* est. *Ithaca* non est parva illa Jonii maris Insula, sed *Mesapotamia*. *Deucalion* Filius Minos est *Isacus*. Incendium *Trojæ* est devastatio *Sodomæ*. Et quod tribus Anticyris dignum, Auctor Centonum Homericorum omnia Religionis Christianæ Mysteria in *Homero* deprehendit. Nostro sæculo (ut de aliis taceam) inventa est erudita *Matrona*, quæ publice adserere haud dubitavit, eos omnes veræ *Eruditionis gustum* amisisse, qui *Homerum* non maximi fecerint. Nescio utrum mulieres aliis ratiocinandi instrumentis instructæ sint, quam Viri. Hoc scio, *Viros*, eosque sapientissimos ac eruditissimos omnia illa magni facere, quæ accurate & solide sive a recentioribus, sive ab antiquis dicta sunt: quæ solidis rationibus superstructa, salutaria atque rationi convenientia sunt, ea quocunque tandem Sæculo dicta, aut scripta, placent Sapientibus: quæ autem obscura, perplexa, nocitura, atque a ratione aliena sunt, vilipendunt, etiamsi vel ante *bellum Trojanum* prolata fuissent. Cur legimus, evolvimus, laudamus passim *Socratis?* mirari noli: præclara sunt, solida, omnibus hominibus utilitatem allatura. Cur tot veterum & recen-

recentiorum Scripta cum tineis, & blattis luctantur? Satis eſt, quod Auctores illorum ratiocinari neſciverint, & quod nihil egregii in medium protulerint. Qui ita judicant, *Homerum* tanti æſtimare non poſſunt, quanti admiratores Antiquitatis vellent. De ſtylo non loquor, propter quem merito commendandus eſt; ſed de rebus: Hæ certe non ita ſunt comparatæ, ut inter divina Ingenia referatur *Homerus*. Multa inſunt ei præcepta ad vitam pertinentia, quæ a quovis ruſtico dici poſſunt. Alia non quidem male dicta ſunt, ita tamen comparata, ut e quovis compendiolo Ethices, vel Jurisprudentiæ melius addiſci poſſint; multa vero quæ Homines meliore luce deſtitutos ad turpiſſimas actiones inducere poſſent. Nihil jam dicam de ordine, atque cogitationum harmonia; firmiter credo, ipſum *Homerum* ſi ſuperas ad auras redire poſſet, explosurum hominum inſaniam, qui ea in ipſo deprehenderunt, de quibus per omnem vitam ne cogitavit quidem. Mirum eſt multos Eruditos omni niſu id agere, ut Eruditorum adhuc viventium meritis atque Eruditioni detrahant; Antiquis vero tantam adſcribere Sapientiam, quâ vel ipſi, ſi viverent, ſe deſtitutos pleno gutture clamarent. Errorem hunc ſuo tempore jam notavit prudentiſſimus *Plinius* Lib. I. Epiſt. 16. *Eſt ergo mecum* inquit *Plinius* (de Pompejo Saturnino loquitur) *per diem totum: eundem antequam ſcribam, eundem quum ſcripſi, eundem etiam cum remittor non tanquam eundem lego. Quod te quoque ut facias & hortor & moneo. Neque enim debet operibus ejus obeſſe quod vivit. An ſi inter eos, quos nunquam vidimus, floruiſſet, non ſolum libros ejus, verum etiam*

imagines conquireremus, ejusdem nunc honor præsentis & gratia, quasi satietate languescet. At hoc pravum malignumque est, non admirari hominem admiratione dignissimum, quia videre, alloqui, audire, complecti, neque laudare tantum, sed & amare contingat. Sed diu ante me Viri perspicaces nimios *Homeri* admiratores false riserunt. Fecit hoc Ingeniosissimus *Fontenelle* in Dialogo inter *Æsopum* atque *Homerum*. Vel ipsæ virorum doctissimorum concertationes de hoc argumento satis ostendunt, Eruditionem atque Sapientiam *Homeri* a Grammaticis quibusdam celebratam, in oculos quorumvis non incurrere. Sed adeo solide de hisce egerant Viri D. *de la Mothe*, & *Terrassonius*, ut qui eorum rationibus non movetur, indignus sit, cui plura argumenta adferantur. *

II. Sed

---

* Jam suo tempore *Seneca* Epist. 88. monuerat, quam incerta sint Doctorum Virorum de Philosophia Homeri judicia. Verba ipsius sic sonant: *Vis scire, quam non ad docendam virtutem consederint? adspice quam dissimilia inter se omnium studia sint. Atqui similitudo esset idem docentium. Nisi forte tibi Homerum philosophum fuisse persuadent, cum his ipsis, quibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum eum faciunt, virtutem solam probantem; modo Epicureum, laudantem statum quietæ civitatis & inter convivia cantusque vitam exigentis: modo Peripateticum bonorum tria genera inducentem: modo Academicum incerta omnia docentem. Apparet nihil horum esse in illo, cui omnia insunt, ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum Philosophum fuisse; nempe sapiens factus est, antequam carmina ulla cognosceret, ergo illa discamus quæ Homerum fecere sapientem.*

II.

Sed id jam non agimus. Quæritur utrum HOMERUS *Atheismi* reus sit, nec ne? Adferam igitur primo argumenta, quibus non sine summâ veri specie *Poëta* ille ab *Atheismi* crimine purgari potest: auditurus postea dissentientium rationes. Ante quam vero rem ipsam aggrediar, quædam præmonenda sunt. Notum est *Homerum* frequentissime inducere Deos, mox *tanquam Homines* loquentes atque agentes; mox ea ipsis tribuere, quæ nonnisi *Enti Independenti*, *per se Existenti*, *Perfectissimo* competere possunt. Quæritur ergo quæ hujus rei causa sit. (1) Non crediderim *Homerum* existumasse, Deos quos in scenam producit, esse Entia per se existentia, æterna, omniumque rerum causas, partim quod in *Iliade* & *Odyssea*, uni cuidam semper Imperium in omnia tribuat, partim quod cæteris talia adscribat, quæ aperte ostendunt, eum credidisse, hæc Numina esse non solum Imperfecta, sed & summo rerum Moderatori subdita. Si omnes veterum Theologorum opiniones de Diis examinamus, videbimus; nullibi eos multorum principiorum æternorum æqualitatem admittere. Novimus quidem eos duo æterna rerum principia, Deum & materiam admisisse: at plura Numina æqualia, æterna, perfectissima eos credidisse nullibi legimus, quamvis negari haud possit turpiter non semel Hominibus tribui quæ mortalium sortem superant. Et patet hoc vel ex ordine Deorum. Quidam nonnisi Homines erant, quos Græci *Heroas*; Latini *Manes* vocabant, quales erant *Hercules*, *Bacchus* &c. Horum in terris res gestas narrant, atque

propter virtutem poſtea cœlo receptos aſſerunt; quibus ſanè nihil aliud innuere volunt, quam homines eos fuiſſe, rerum geſtarum gloriâ magnam famam adeptos, quibus deinde tales adſcripſerunt virtutes, quæ ſi omnem verborum vim urgere vellemus non Hominibus, ſed Deo competunt. Ita *Romuli* Hiſtoria a *Livio* conſcripta ſatis id confirmat, ut alia teſtimonia ſilentio præteream.

(2) Alii Dii nonniſi erant *partes Univerſi*: ut *Luna*, *Terra*, quæ ſub nomine *Veſtæ* atque *Dianæ* colebantur: Illis quidem talia adtribuebant, quæ divinitati ſoli in ſolidum competunt, ſed ita tamen ut facile pateat, eos Numina hæc pro æternis ſubſtantiis haud habuiſſe; partim quod potentioribus aliis ſubjiciant; partim denique quod mutationi omnium rerum obnoxia eſſe perhibeant. (3) Erant *Dii aërei*, quos Græci *Dæmonas*, Romani *Lares* vocabant aut *Genios*. Hi nunquam pro Numinibus, id eſt æternis ſubſtantiis habebantur, ſed pro creaturis, Homine quidem excellentioribus, at Deorum nutui obtemperantibus, Miniſtrisque Deorum majorum Gentium. (4) Alia erant Numina, quæ nonniſi *attributa Creaturarum Intelligentium*, ſeu uti moderni Philoſophi loqui amant, *ideæ ſunt abſtractæ*, uti *Felicitas*, *Spes* &c. orta hæc Numina videntur partim ex inſito hominum deſiderio felicitatem ſuam promovendi, eaque extollendi, quæ adfectionibus Hominum ſatisfacere poſſunt, partim ex *Poëtarum* metaphoricis locutionibus. Hæc pro Entibus ſummis virtutibus præditis non habita, docet *Theogonia Heſiodi*. (5) Tandem erant *Dii*, qui *uni*

tantum

tantum parti Universi erant præpositi, cœterorum, quæ in universo geruntur incurii: nec hi inter Numina proprie ita dicta referebantur. Hæc cum ita sint, crediderim *Homerum* & *Hesiodum* unicum quidem æternum atque perfectissimum Numen admisisse, quod ex attributorum, quæ Deo tribunt, enumeratione constabit; eosdem autem nulla veritatis habitâ ratione artisque rectè ratiocinandi, partim Hominibus, partim aliis Corporibus hujus Universi, ut unam eandemque rem prodigialiter variare atque levibus fabulis Auditores suos ducere possint, excellentissima & Deo soli in solidum competentia adscripsisse attributa. Non malè de *Homero* Damocles Epicureus apud *Lucianum* in *Jove Tragædo* pag. 150. dit. *Grævii*: Ἀλλ' ὦ θαυμασιε ποιητην μεν ἀγαθον Ομηρον γενεσθαι, παντες σοι συνομολογησουσι. Μαρτυρα δε ἀληθη περι των τοιουτων, οὔτ' εκεινον, οὔτε ἄλλον ποιητην οὐδενα. οὔτε γαρ ἀληθειας μελειν αὐτοις οἴμαι, ἀλλα του κηλειν τους ἀκουοντας. Και δια τουτο μετροις τε καλλωδουσι, καὶ μυθοις κατηχουσι. Και ὅλως, απαντα ὑπερ του τερπνου μηχανωνται i. e. *certe vir admirande, Homerum bonum quidem fuisse Poëtam omnes tibi confitebuntur: Sed veracem rerum hujusmodi testem, neque illum, neque alium ullum Poëtam concedent. Neque enim veritatem ut puto curant: Sed demulcere auditores intendunt. Propterea versibus occinunt, fabulis personant, omnia denique delectandi causa moliuntur.*

III.

Inspiciamus igitur ipsum *Homerum*, atque producamus loca in quibus & *Existentiam*, & *Providentiam Dei* agnoscit. In genere *Jupiter* ubi-

que in operibus *Homeri* dicitur πάτηρ Ἀνδρῶν τε θεῶν τε Iliad. θ. ab initio. Ad v. 32. usque præclare de ὑπεροχῇ *Jovis* loquitur *Homerus*. Brevitatis causâ latina tantum adponam.

Aurora quidem crocea veste spargebat totam per terram:
Jupiter verò Deorum concilium habuit gaudens fulmine
Summo in vertice cacuminosi Olympi:
Ipse autem illis concionabatur: Dii vero simul omnes auscultabant,
Audite me omnes Dii, omnesque Deæ.
Dum dicam, quæ me animus in pectoribus jubet:
Ne qua vero fœmina Dea hoc, neque aliquis mas
Tentet rescindere, quod ego dicam: sed simul omnes
Probate, ut celeriter perficiam hæc opera.
Quemcumque vero ego Deorum seorsum velle intellexero
Profectum vel Trojanis auxiliari vel Græcis.
Saucius indecorè redibit ad Olympum:
Aut ipsum, correptum projiciam in Tartarum obscurum
Procul valde, ubi profundissimum sub terra est barathrum
Ubi ferreæque portæ & æreum pavimentum
Tantum sub Inferno, quantum cœlum abest a terra.
Cognoscet deinde, quam ego sum Deorum fortissimus omnium

Quin

Quin agite periculum facite o Dii ut videatis omnes
Catenam auream de cœlo suspendentes
Omnes appendamini Dii omnesque Deæ.
Non tamen traxeritis ex cœlo in terram
Jovem summum Consiliarium, neque si valde multum laboraveritis:
Sed quando jam ego lubens voluero trahere
Cum ipsa terra Deos traxero ipsoque cum mari
Catenam quidem, dein ad verticem olympi
Alligavero, illa verò suspensa omnia fuerint
Tantum ego supero Deos, superoque Homines.
Sic dixit, hi autem omnes conticuerunt silentio
Orationem mirati: valdè enim severè concionatus erat.
Taudem autem interlocuta est Dea cœsiis oculis Minerva:
O Pater noster Saturnie, Summe Rex
Bene & nos scimus, quod potentia tua non cedit ulli.

Hæc ita comparata sunt, ut *Homini* nulla ratione competere possint; Perfectissimo autem, atque Omnipotentissimo Enti jure meritoque tribuantur. Vide *Iliad.* α pag. 33. (numeros enim ad finem haud perducit Edit. mea apud Ravensteinium. Amstelod. 1650. impressa.) v. 494.

Και τοτε δη προς ὀλυμπον ἰσαν θεοι αἰεν ἐοντες
Παντες ἁμα, Ζευς δ' ἡρχε.

Tum demum in Olympum ibant Dii Sempiterni
Omnes simul: Jupiter autem præibat.

Iliad. α. dicitur *Jupiter* θεοισι καὶ ἀνδρωποισιν ἀναστειν Il. γ. vocatur κραλιστος παντων, cui & rerum omnium productio tribuitur. Il. ε'. v. 483.

Εν μεν γαιαν ἐτευξ, ἐν δ' ὑρανον, εν δε θαλασσαν
Ἡελιον Τ' ἀκαμαντα, σελην̃ην δε πληθυσαν.
Εν δε τα τειρεα παντα, τα τ' ὑρανος ἐστεφανωται.

Hic cœlum effinxit terram Pelagusque profundum
Et Solem indefessum & pleno sydere Lunam
Astraque queis magni distincta est Regia cœli.

In eo fere consentiunt Doctissimi quique veterum ac recentiorum. Auctor *Vitæ Homeri*, quæ in opusculis Mythologicis extat, & cujus Auctorem Seniorem *Dionysium Halicarnasseum* esse putat *D. Gale*, ita de hac materia loquitur pag. 335. *Porro quum Poësis opus haberet Diis minime otiosis, ut notionem eorum Lectorum sensui exponeret, eis corpora attribuit. Quam verò nulla alia corporis forma, præterquam hominis, scientiæ ac Orationis capax sit, facta uniuscujusque Deorum similitudine, cum ornatu, magnitudine ac elegantia, simul & hoc indicavit, quo pacto imagines & statuæ Deorum ad Hominum effigiem adeo accuratè fabrefactæ ponerentur, ut & minus prudentibus admonitionem præberent, Deos existere.* Quibus notatis addit.

Τυτων δε παντων Ἀρχηγον, καὶ Ηγεμονα τον πρωτον θεον νομιζοντων των ἀριστων Φιλοσοφων ἀσωματον ὀντα, καὶ νοησει μαλλον καταληπτον, καὶ ὁμηρος ταυτα ὑπολαμβανων Φαινεται. Παρ ὡ λεγεται ὁ Ζευς, πατηρ ἀνδρων τε θεων τε. Και, Ω πατερ ἡμετερε Κρονιδι, ὑπατε κρειοντων.

Και

Και αὐλος μεν ὁ Ζευς φησιν. Οσον ἐγω περι τ᾽ εἰμι θεων περι τ᾽ εἰμ ἀνδρωπων. Η᾽ δε Α᾽θηνα προς αὐτόν, Ἐυ νυ καὶ ἡμεισ ἰδμεν ὁ τοι σθενος ὀκ ἐπιεικτον, Ἐι δε δει καὶ τȣτο ζητησαι, εἰ νοητον ἡπισατο τον θεον, ὀκ ἀντικρυς μεν (ἀτε ἐν ποιησει πολυ το μυθωδες ἐχȣση) ὁμως δε ἐσι καταμαθειν, εν οἷς φησιν. Ἐυρεν δ᾽ ευρυοπα κρονιδην ατερ ἡμενον ἀλλων. Και ἐν οἷς αὐλος λεγει. Ἀλλ᾽ ἤτοι μεν ἐγω μενεω πτυχι ὀλυμποιο Ἡμενος, ἐνθ᾽ ὁρων φρενα τερψομαι. Η᾽ γαρ μονοσις αὐτη, καὶ το μη καταμιγνυειν τοις ἀλλοις θεοις ἑαυτον, ἀλλα χαιρειν ἑαυτω συνοντα, καὶ χρωμενον ἡσυχιαν ἀγοντι, καὶ ἀει διακοσμȣντι τα παντα, την τȣ νοητȣ θεȣ φυσιν παρισησιν. Οἶδε δε ὁτι νȣς ἐσιν ὁ θεος, ὁ παντα ἐπισαμενος, καὶ διεπων το παν. Φησι γαρ ὁ ποσειδων, Ἡ μαν ἀμφοτεροισιν ὁμον γενος, ἠδε γε πατρη. Ἀλλα Ζευς προτερος γεγονει καὶ πλειονα ἠδει. Και τȣτο πολλακις. Ἐνθ᾽ αὐτ᾽ ἀλλ᾽ ενοησε, τȣτο σημαινει ὁτι ἀει διανοειται. i. e. *Cœterum quando præstantissimi quique Philosophorum primarium illum Deum, Ducem & Principem omnium incorporeum esse ac cognitione duntaxat comprehensibilem arbitrentur, Homerus quoque hæc credere videtur, apud quem Jupiter appellatur, Pater Hominumque Deûmque. Et, Jupiter o Pater optime Præses magnificorum. Imo & ipse Jupiter inquit. Quantum ego Diis superis præsto mortalibus atque. Minerva denique ad eum: Nos bene callemus, quam sit tua magna potestas. Si verò & hoc quærere oportet an Deum intelligentem esse sciverit, non diserte quidem (utpote in Poësi, quæ multa fabulosa admixta habet) attamen ex iis colligere*

gere licet, in quibus ait, Jupiter Omnividens inventus forte seorsum. Et in quibus Ipse ait. Ast ego parte sedens cœli delector abunde. Ista namque solitudo & quod aliis Diis se non conjungeret, sed semetipsum oblectaret, commodo otio frueretur, ac subinde omnia perornaret, Intelligentis Dei naturam præ se fert. Novit præterea, quod Deus mens est, qui cuncta gubernat: Neptunus namque inquit: Est Patria, est æquale genus fratrique mihique; Jupiter at prior est genitus me pluraque novit. Atque hoc sæpe, ubi rursus alia cogitavit, hoc innuens, quod semper deliberet. Similia habet *Plutarchus* de Homero pag. 48. Observarunt etiam Viri Docti ex loco *Pauli* Act. XVII. v. 28. *Jovem* nonnisi summum rerum Opificem apud Antiquissimos Poëtas denotare, verba, τȣ γαρ καὶ γενος ἐσμεν, ex *Arato* petita sunt & *Cleanthe* etiam, si audiamus Doctissimum Virum Joh. Alb. *Fabricium* Bibl. Græcæ Lib. 3. pag. 393: ita dicentem: *Neque forte erraverit qui dixerit S. Paulum Apostolum, cum versiculum hunc commendavit Athenienſibus, non respexisse ad solum popularem suum Aratum Cilicem, sed etiam ad Cleanthem, qui Athenis vixerat, & in cujus hymno jam laudato versu statim quarto diserte legitur* ἐκ σȣ γαρ γενος ἐσμεν. *Euthalius* a Viro Cl. *Laurentio Zacagnio non ita pridem editus* p. 420. notat dictum a Paulo allegatum esse Αρατȣ Αστρονομȣ καὶ Ομηρȣ ποιητȣ. Sane *Homero* quoque audit *Jupiter* πατηρ Ανδρων τε θεων τε. Hinc Doctissimus Jesuita M. *Mourgues*, *Plan Theologique du Pythagorisme*, pag. 12. & seq. in eandem sententiam concedit. *Il y a un vers* (inquit) *dans le huitiéme Livre de l'Iliade, répete dans le prémier & dans le dernier de l'Odyssée, lequel est devenus fameux par les Observations, que Pla-*

Platon, Aristote, Plutarque, Jambliche y ont faites.

Jupiter notre Pere, Arbitre des Puissances.

Ces Ecrivains distingués en ont pris les dernières paroles dans un sens doctrinal & philosophique, comme le savant Augustin Steuchus s'est donné la peine de le prouver textuellement, & ont jugé qu'Homere donnoit la un Maitre, un Souverain au reste des Dieux designés dans Plutarche, par le nom des Puissances ou des Princes: de même dit Steuchus, que dans nos saintes Lettres nos Anges sont nommés Puissances, Principautés & Dominations. Mais ce charactére de Souveraineté d'un seul Dieu sur tous les autres Dieux, me paroit encore plus clairement enoncé dans le second Chant de l'Iliade, en ces termes :

De Jupiter regnant sur les Dieux & les Hommes.

Vous savez, Monsieur, que Jupiter est toujours titré des Pere des Hommes & des Dieux, Πατηρ Ἀνδρων τε θεων τε, *ce qui suffiroit pour le mettre hors de parallele avec les Divinités vulgaires. Mais je veux vous prouver ici plus solidement, que n'a pû faire dans Eusebe le Juif Aristobule & Peripateticien, dont je vous ai déja parlé, je veux, dis-je, vous prouver, qu'il a plu aux Poëtes de designer le vrai Dieu par le nom de Jupiter, & le mieux prouver que ce Juif, parce qu'ayant vêcu avant Saint Paul de près de deux siécles, il ne pouvoit pas avoir cet Apôtre pour garant comme moi. Car Saint Paul fait l'honneur a Aratus de citer le cinquiéme vers de ces Phenomenes,* Τȣ γαρ καὶ γενος ἐσμεν, *nous sommes aussi sa race,* savoir, par la

Créa

Création, ajoute Saint Clément, οιον δημιουργια) *or il s'agit là de Jupiter, qu'Aratus venoit de nommer. Après cette citation, l'Apôtre réprend, Puis donc que nous sommes la race de Dieu, ce qu'il entend certainement du vrai Dieu. On voit par-là, dit le Pére, que je viens de nommer, que Saint Paul cite les Poëtes, & qu'il approuve ce que les Gentils ont dit de raisonnable.* Hactenus *Mourges* cujus verbis calculum meum adjicio, licet parum tribuam explicationi *Steuchi* sæpissimè a vero rectoque aberrantis.

IV.

Jovi autem non solum *Imperium* in cæteros Deos tribuitur, sed & cætera Deo digna tribuuntur attributa; quod per partes jam ostendemus. (1°) tribuitur illi *Omnipotentia.* Il. α pag. 33. sic alloquitur *Thetidem Jupiter.* v. 524.

Ἐ ιδ' ἀγε τοι κεφαλη κατανευσομαι, ὄφρα πεποιθης
Τουτο γαρ ἐξ ἐμεθεν γε μετ' ἀθανατοισι μεγιστον
Τεκμωρ. Ου γὰρ ἐμον παλιναγρετον, οὐδ' ἀπατηλον
Ουδ' ἀτελευτητον γ' ὁ τι κεν κεφαλη κατανευσω

Quin age capite tibi annuam, ut confidas,
Hoc enim ex me inter Deos immortales certissimum
Est signum: Neque enim meum revocabile, neque fallax,
Neque irritum, quodcunque capite annuero.

Odyss.

Odyſſ. ε. fere initio.

Οἱ δὲ θεοὶ θῶκον δὲ καθίζανον, ἐν δ' ἄρα τοῖσι
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὅτε κρατὸς ἐστι μεγίστον

Ipſi vero Dii ad conſeſſum conſederant, inter illos ſane
Jupiter Altitonans, cujus Potentia eſt maxima.

Ibid. v. 137.

Ἀλλ' ἐπεὶ οὔπως ἐστὶ Διὸς νόον Αἰγιοχοῖο
Οὔτε παρεξ ἐλθεῖν ἄλλον θεὸν, οὐδ' ἀλιῶσαι
Ἐρρέλω.

Verum quandoquidem nullo pacto fas eſt Jovis mentem Agiochi
Vel prætergredi alium Deum, neque irritam facere Valeat.

Sunt tamen qui exiſtimant hanc Dei Omnipotentiam prorſus ſubverti per ea quæ de duobus æternis principiis in medium protulerit *Homerus.* In eo eſt *Plutarchus*, de *Iſide*, & *Oſiride* pag. m. 172. Διὸ (inquit) καὶ παμπάλαιος αὕτη κατεῖσιν ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν, εἰς τε ποιητὰς καὶ φιλοσόφους δόξα, τὴν ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν δὲ πίστιν ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον, οὐκ ἐν λόγοις μόνον, οὐδὲ ἐν φήμαις, ἀλλὰ ἐν τε τελεταῖς ἔντε θυσίαις, καὶ βαρβάροις καὶ ἕλλησι πολλαχοῦ περιφερομένην, ὡς ὅτ' ἄνουν καὶ ἄλογον καὶ ἀκυβέρνητον ἀιωρεῖται τῷ αὐτοματῷ τὸ παν. ὅτε εἰς ἐστὶν ὁ Κρόνων, καὶ κατευθυνῶν, ὥσπερ ὀιάζειν ἤ τισι πειθηνίοις χαλινοῖς λόγος. Ἀλλὰ πολλὰ καὶ μεμιγμένα κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς, μαλλὸν δὲ μηδὲν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀκρατον ἐνταῦθα τῆς φύσεως φέρουσης, οὐ

δυοῖν

δυοιν πιθων εἰς ταμιας, ὥσπερ ναματα τα πραγματα καπηλικως διανεμων ἀνακεκραννυσιν ἡμιν, ἀλλ' ἀπο δυοιν ἐναντιων ἀρχων, καὶ δυοιν ἀντιπαλων δυναμεων της μεν ἐπι τα δεξια, καὶ κατ' ἐυθειαν ὑφηγουμενης, της δ' ἐμπαλιν ἀναστρεφουσης καὶ ἀνακλωσης, ὁ τε βιος μικτος, ὁ τε κοσμος, εἰ καὶ μη πας, ἀλλ' ὁ περιγειος ὑτος καὶ μετα σελην̃ην, ἀνωμαλος καὶ ποικιλος γεγονε καὶ μεταβολας πασας δεχομενος. i. e. *Vetustissima proinde a Sacrarum Professoribus & Legumlatoribus ad Philosophos & Poëtas* (hæc enim in vers. Xylandri neglecta, addenda) *derivata est opinio, auctore incognito, fide & firmâ & indelebili, non in sermonibus ea tantum & rumoribus, sed & in mysteriis ac sacrificiis tam Barbaris quam Græcanicis exstans, neque casu ferri, & a fortuna pendere Universum, mente, ratione ac gubernatore destitutum: neque unicam esse rationem, quæ contineat id & dirigat tanquam clavum aut fræna moderans, sed cum per multa e bonis juxta malisque sint confusa, imo nihil natura hæc sincerum (ut verbo dicam) proferat: non esse unum aliquem promum, qui e duobus doliis res nobis veluti aliquem liquorem cauponis in morem distribuat atque misceat; Ergo a duobus principiis contrariis, adversisque duabus facultatibus, quarum altera ad dextram & recta ducat, altera retrorsum avertatur atque reflectat, cum vitam esse mixtam tum ipsum mundum (si non universum, eum saltem, qui ad terram est, & Lunæ subjacet) inæqualiter ferri, variisque & omnis generis motibus agitari.* Patet ex hisce, *Plutarchum* ea, quæ *Homerus* de duobus doliis dixit, sic interpretari, quasi eo nomine duo æterna rerum principia adversa fronte secum invicem pugnantia intellexisset. At hæc explicatio adversatur

non-

nonſolum *Homeri* atque Platonis, ſed & ipſius Plutarchi ſententiæ. *Homerus* Il. ω pag. m. 879. inducit *Achillem*, *Priamo* ſolatium adferentem, his verbis, v. 522.

Ἀλλ' ἄγε δὴ κατ' ἄρ' ἕζευ ἐπι θρονυ, ἀλγεα δ' ἐμπης
Εν θυμω κατακειωθαι ἐασομεν ἀχνυμενοι περ
Ου γαρ τις πρηξις πελεται κρυεροιο γοοιο
Ως γαρ ἐπεκλωσαντο θεοι δειλοισι βροτοισι
Ζωειν ἀχνυμενους, αὐτοι δε τ' ἀκηδεες ἐισι.
Δοιοι γαρ τε πιθοι κατακειαται ἐν Διος οὐδει
Δωρων, οἱα διδωσι, κακων, ἕτερος δε ἑαων.
Ω μεν καμμιξας δωη, Ζεὺς τερπικεραυνος,
Ἀλλοτε μεν τε κακω ο γε κυρεται, ἀλλοτε δ' ἐσθλω
Ω δε κε των λυγρων δωη, λωβητον ἐθηκε
Και ἐκακη βοσβρωσις ἐπι χθονα διαν ἐλαυνει
Φοιτα δ' οὔτε θεοισι τετιμενος οὔτε βροτοισιν.
Ως μεν καὶ πηλει θεοι δοσαν ἀγλαα δωρα
Ἐκ γενετης. Παντας γαρ ἐπ ἀνθρωπους ἐκ-εκασο
Ὀλβω τε πλουτω τε, ἀνασσε δε Μυρμιδονεσσι
Και οἱ θνητω εοντι θεαν ποιησαν ἀκοιτιν
Ἀλλ' ἐπι καὶ τω θηκε θεος κακον, ὅτι οἱ ὀτι
Παιδων ἐν Μεγαροισι γονη γενετο κρειοντων.
Ἀλλ' ἕνα παιδα τεκεν πανακωριον. &c. i. e.

Sed age jam conſide in ſede, dolores tamen
In animo reſidere ſinamus triſtes licet:
Non enim aliqua utilitas eſt frigidi luctus.
Sic enim deſtinarunt Dii miſeris mortalibus,
Ut vivant triſtes: Ipſi vero ſine cura ſunt

Duo quippe dolia jacent in Jovis limine
Bonorum quæ dat, alterum malorum, alterum vero bonorum
Cui quidem miscens dederit, Jupiter fulminator
Interdum quidem malum ipse consequitur, interdum & bonum:
Cui vero ex malis dederit, cum injuriæ exposuit.
Et ipsum mala fames in terra alma exagitat:
Vagatur autem nec Diis honoratus, nec hominibus.
Sic quidem Peleo Dii dederunt illustria dona
A nativitate, omnes enim supra homines ornatus est.
Felicitate divitiisque, imperabat vero Myrmidonibus
Et ei Mortali existenti Deam fecerunt uxorem:
Sed tamen ei quoque adjecit Deus malum, quod ei nulla
Filiorum in mœnibus soboles fuit Imperantium,
Sed unum filium genuit brevis ævi.

Patet ex hoc citato loco quam clarissimè Deum ex mente *Homeri* & bona & mala dispertiri mortalibus: ex ciraumstantiis autem hujus loci patet, sermonem proprie hîc esse de *malis culpæ*, circmustantiisque in quibus homines positi nunquam omni ex parte felices esse possunt. Hinc *Plato* Lib. II. de *Republ.* pag. 605. postquam monuisset, Deum natura bonum, solorum bonorum causam esse dicendam, addit: Ὀυκ ἄρα ἀποδεκτέον ὅτε Ὁμηρȣ ὅτ' ἄλλȣ ποιητȣ ταυτην την ἁμαρτιαν περι τȣς θεȣς ἀνοητως ἁμαρτανοντος καὶ λεγοντος ὡς δοιοι πιθοι, i. e. *Neque Homeri igitur neque*

que alterius Poëtæ admittendum est peccatum stultè de Diis dicentis, in Jovis limine duo jacere dolia. Nescio utrum recte mentem Poëtæ ceperit *Plato*, nihil enim mihi aliud hoc loco dicere videtur *Homerus*, quam Deum ita temperare res humanas, ut bona malaque in hac vitá sibi invicem succedant. Sibi ipsi denique contrarius est *Plutarchus*, partim in dissertat de *audiendis Poëtis* pag 14. & 18. partim in *Consolat. ad Apollonium.* Tribuitur illi *Omniscientia.* Il. α. v. 545.

Την δ' ἡμειβε' ἐπειτα πατηρ ἀνδρων τε θεων τε,
Ἥρη, μη δη παντας ἐμους ἐπιελπεο μυθους
Ἐιδ,σειν. Χαλεποι τοι ἐσοντ', ἀλοχω περ ἐουση.
Ἀλλ' ὁν μεν κ' ἐπιεικες ἀκουεμεν, ὅτις ἐπειτα
Ὀυτε θεων προτερος τονγ' ἐισεται, ὅτ ἀνθρωπων.
Ὁν δ' ἀν ἐγων ἀπανευθε θεων ἐθελοιμι νοησαι,
Μητι συ ταυτα ἑκαστα διειρεο μηδε μεταλλα. i. e.

Huic respondit deinde Pater Hominumque Deorumque,
Juno ne omnia mea sperato consilia
Te scituram Difficilia tibi erunt, uxor ut ut mea sis:
Sed quod quidem par fuerit audire, nullus
Neque Deorum prior hoc sciet, neque Hominum:

Quod autem ego ſcorſum a Diis voluero animo concipere
Ne tu hæc ſingula interroga, neque perſcrutare.

Inprimis autem ex toto Poëmate *Homeri* patet, *Providentiam ab eo agnitam.* Hoc denuo agnovit Scriptor vitæ *Homeri* pag. 337. ita dicens. *Cæterum ad Dei mentem Providentia & Fatum pertinet, de quibus Philoſophi multa verba fecerunt. Horum autem omnium Homerus occaſionem ſuppeditavit. Ac de Providentiâ quidem Deorum quid attinet dicere? Quando per omnem Poëſin non tantum inter ſe ſe de Hominibus diſſerunt, verum etiam in terram deſcendentes cum Hominibus converſantur. Sed pauca Exempli gratiâ contemplemur, in quibus Jupiter ad fratrem inquit: „ Scis Neptune Deos, cur noſtra Palatia cœli nunc teneant, cunctos? curæ mihi ſunt pereuntes ". Et in aliis: „ Eheu certe hominem fugientem mœnia circum Percharum video, pectusque meum cruciatur. „ Adhæc regiam dignitatem ac morum facilitatem innuit, dicens: „ Non ego divini poſthac oblitus Ulyſſis eſſe queam, qui mente Homines præcellit, & aris Divorum pecudes incendit, pinguia ſacra ". In quibus cernere licet, quod virum illum primo a mentis perſpicuitate, deinde a pietate erga Deos collaudat. Cæterum quo pacto cum illis ipſis Hominibus Deos converſantes ac collaborantes fingat, in multis eſt perdiſcere. Ut quum Minervam aliquando Achilli, ſemper autem Ulyſſi; Mercurium autem Priamo & quandoque Ulyſſi, atque in univerſum Deos Hominibus ſemper adeſſe putat, ait namque: „ Dii Superi ex æquo tractant Homines peregrinos, indigenasque ſimul, vaſtant & mœnia celſa, juſtitiam humanam ſpectant ac*

impia

impia facta". Divinæ autem Providentiæ peculiare est, velle ut Homines justè vivant. Atque istud Poëta clarissime inquit: „Improba facta Hominum superi aversantur, honestos eximiosque Viros pretio dignantur habere. Indignatur iis Saturnius estque nocivus, qui violenter agunt jus figunt atque resigunt". Porro quemadmodum Deos hominibus prospicientes, ita & homines istorum memores in quavis fortuna inducit. Atque dux quidam prosperè agens, inquit, spes me magna tenet, votumque Jovi, superisque cunctis nunc facio, pepulere quod inde canes mi. Periclitans verò, „Jupiter at rogito, servabis ab aëre Græcos". Et rursus is, qui interfecerat: „Quando quidem hunc hominem domuit virtute Deorum". Moriens verò: „Fare age, ne quid ego Divorum numina lædam". Unde igitur potius illud Stoicorum placitum, quam ex prædictis ortum habet? Denique unum esse mundum, atque in eo & Deos & Homines (qui naturâ justitiæ participes sunt) Rempublicam simul administrare. Etenim quando inquit: „Diva Themis Superos Jussu Jovis ante coëgit, Cur tu rursus eos cogis, qui fulmine splendes? Nunquid solicitus de Teucris, nunquid Achivis?" Quid aliud innuit, quam quod mundus civilibus legibus administretur, atque Dii præconsultent, præsidente & Deorum & Hominum Satore. Cæterum opinionem de fato in illis ostendit perspicue, „Fata sua effugiet non quisquam sive sit ille strenuus, Ignavus, sive quum lucem aspexerit almam." At inter alia in quibus fati potentiam confirmat, ipse quoque arbitratur (sicut & probatissimi Philosophorum, qui post eum viguerunt, Plato, Aristoteles ac Theophrastus) non omnia fato evenire, sed aliquid etiam in hominibus esse situm, ut quibus libera sit voluntas. Huic autem necessitatem quodammodo conjungi, dum aliquis hoc quod cupit,

agens, in id, quod non vult, incidit. Atque hæc perſpicuè in multis declaravit, ut in utriusque Poëmatis exordio. In Iliade dicens, Achillis iram Grajis exitii cauſam fuiſſe, atque tum Jovis voluntatem completam eſſe. In Odyſſea vero Ulyſſis ſocios propter temeritatem in perniciem incidere. Deliquerant enim dum Sacras Phœbi boves attigerant, quando ab eis abſtinere licuiſſet. Ad hunc enim modum prædictum erat: „ Has modo ſi vaccas dimiſeris ire quiete, felicem reditum, quamvis jactatus habebis, lædere ſin tentes facies impune nec illud.“ Sic non violare in ipſis ſitum, perire autem quum violaſſent, ex Fato conſequens erat. Hactenus Scriptor iſte vitæ Homeri. In eandem ſententiam concedit *Plutarchus* pag. 48. ſeq. Sunt tamen, qui putant *Homerum*, *Fatum*, id eſt, inexorabilem omnium rerum neceſſitatem profeſſum, provocant eum in finem ad certa quædam loca quibus videtur id probari: celebris locus eſt *Odyſſ.* Σ'. 129. in quo *Homerus* ſub perſona Ulyſſis, qui ſe alium ſimulabat:

Ὀυδεν ἀκιδνοτερον γαια τρεφει ἀνθρωποιο
Παντων, ὁσσα τε γαιαν ἐπιπνειει τε καὶ ἑρπει.
Ὀυ μεν γαρ ποτε φησι κακον πεισεσθαι ὀπισσω,
Ὀφρ' ἀρετην παρεχωσι θεοι καὶ γουνατ' ὀρωρη
Ἀλλ' ὁτε δη καὶ λυγρα θεοι μακαρες τελεσωσι,
Καὶ τα φερει ἀεκαζομενος τετληοτι θυμω.
Τοιος γαρ νοος ἐστιν ἐπιχθονιων ἀνθρωπων,
Οἱον ἐπ ἡμαρ ἀγησι πατηρ Ἀνδρων τε θεων τε

i. e. *Nihil imbecillius terra nutrit homine*
Omnium quæcumque ſuper terra ſpirant ſerpunt

Non

Non quidem unquam dicit malum passurum esse in futurum,
Quousque virtutem præbeant Dii, & genua moventur:
Sed quando & mala Dii beati perficiunt
Et hæc fert nolens patienti animo.
Talis enim mens est terrestrium Hominum,
Qualem quotidie ducit Pater virorumque Deorumque.

In specie malum Deo adscripsisse videtur *Homerus.* Sic Iliad. T. v. 85. ita inducit *Agamemnonem* loquentem.

Πολλακι δη μοι τετον Αχαιοι μυθον εειπον
Και τε με νεικεεσκον. Εγω δ' εκ αιτιος ειμι,
Αλλα Ζευς και μοιρα, και ηεροφοιτις ερινυς,
Οι τε μοι ειν αγορη φρεσιν εμβαλον αγριον ατην
Ημαθι τω οτ' Αχιλληος γερας αυτος απηυρων.

Sæpe jam mihi hunc Achivi Sermonem dixerunt
Et me objurgarunt: ego autem non Autor sum,
Sed Jupiter & Fatum & in tenebris agens furia
Qui mihi in concione mentibus injecerunt sævam noxam,
Die illo, quo Achillis præmium ipse abstuli,

Idem Iliad. I. v. 17.

Ω φιλοι Αργειων ηγητορες ηδε μεδοντες
Ζευς με μεγα κρονιδης ατη ενεδησε βαρειη.
Σχετλιος, ος πριν μεν μοι υπεσχετο και κατενευσεν
Ιλιον εκπερσαντ' ευτειχεον απονεεσθαι

Νυν δε κακην ἀπαλην βουλευσαλο καὶ με κε-
λευει
Δυσκλεα Ἄργος ἱκεσθαι, ἐπει πολυν ωλεσα
λαον.
Ὁυλο πω Δι μελλει ὑπερμενει φιλον εἶναι
Ος δη πολλαων πολιων καλελυσε καρηνα
Ηδ' ἔλι καὶ λυσει. Τω γαρ κρατος ἐςι μεγιςον.

i.e. *O amici Argivorum Ductores & Principes*
Jupiter me valde Saturnius detrimento irretivit gravi:
Infestus, qui, antea quidem mihi promisit & annuit
Ilio exciso bene munito rediturum,
Nunc vero malam fraudem struxit & me jubet
Inglorium Argos redire, postquam multum perdidi populum.
Ita scilicet Jovi præpotenti placitum est,
Qui jam multarum urbium demolitus est vertices,
Et adhuc demolietur: hujus enim potentia est maxima.

Alia loca lubens silentio transeo. At his positis, extra dubitationis aleam positum esse, *Homerum* ejusmodi inexorabile Fatum professum, vix crediderim. (1). Enim in genere observo eos omnes falli, qui putant, *Homerum* Systema aliquod apte inter se connexum de Deo & Providentia, in animo suo præformasse. Subtilior est illa de Providentia Dei, atque actionum libertate doctrina, quam ut tum temporis jam rite fuerit excussa. Innumeri homines de Deo, Providentia, actio-

actionibus humanis, loquuntur, licet qua ratione hæc inter se connexa sint, nunquam cogitarint. Unde loca in omnibus Scriptoribus invenimus, quæ utramque in partem trahi possunt, id est, possunt diversa systemata conficere *Homerus*, mox hos, mox illos inducit loquentes, prout circumstantiæ, & mores sæculi postulare videbantur, securus de systematis nexu, atque cogitationum harmonia; hinc aliquando Dii nescire, aliquando omnia scire, aliquando purissimi, aliqando turpissimorum scelerum rei, mox omnia in hominibus efficere, mox, quasi securum ævum vivere, dicuntur. * Hinc in tanta sententiarum diversitate, homines diversissimis opinionibus addicti, inveniunt, quod in suæ sententiæ præsidium trahant; plura autem postulari, si quis alium erroris gravissimi convincere vult, norunt Eruditi. (2) Sunt loca perspicua in quibus aperte negat *Homerus*, malas Hominum actiones Deo esse adscribendas; notissimus est locus Odyss. α. v. 32.

Ὦ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται

Ἐξ

---

* Consentit mecum hac in parte *Moshemius* notis ad *Cudworth*. pag. 116. dicens: *Difficile est componere omnia, quæ de Diis eorumque ortu & rerum generatione passim tradidit Homerus. Si quis ex ipso quæsivisset Homero, quidnam de his rebus sentiret, fortasse vix habuisset, quod responderet bonus homo: qui quidem nihil certi mihi sensisse, sed quæ ferebantur inter Græcos scita, nullo adhibito judicio carminibus suis temere intexuisse videtur.*

Ἐξ ἡμεων γαρ φασι κακ ἐμμεναι. οἱ δε καὶ αὐτοι
Σφησιν ἀτασθαλιησιν ὑπερ μορον ἀλγε ἐχουσιν

i. e. *Vah quam nunc homines injuste Numina culpant.*
Ex nobis namque esse mala ajunt: at sibi ipsi
Nequitiâ propriâ, præter Fatum mala gignunt.

Fatum insuper semper adpellatur Διος βουλη nec της τυχης mentio fit. Dicuntur illi Diis placere qui impotentibus animi adfectionibus frœnum imponunt, hinc ita loquitur *Achilles*. Il. α. v. 216.

Χρη μεν σφωιτερον γε θεα ἐπος ἐιρυσασθαι
Και μαλα περ θυμω κεχολωμενον. Ὡς γαρ ἀμεινον.
Ὁς κε θεοις ἐπιπειθηται, μαλα τ᾽ εκλυον αὐτου.

i. e. *Oportet certe vestrum, Dea, consilium sequi,*
Quantumvis sim animo iratus: Ita enim melius
Quisquis Diis obtemperaverit, magis quoque exaudiunt ipsum.

Ita Odyss. ξ. v. 83.
Ου μεν σχεδιαι Ἐργα θεοιμακαρες Φιλεουσιν.
Ἀλλα δικην τιουσι καὶ αἰσιμα ἐργ᾽ ἀνθρωπων.
i. e. *Non quidem improba opera Dii beati amant.*
Sed justitiam honorant & pia opera hominum.

Hinc etiam *precum* agnovit *necessitatem*. Il. ι. v. 491.
Ἀλλ᾽ Ἀχιλευ δαμασσονυ θυμον μεγαν, ὀδε τι σε χρη

Νηλεες

Νηλεες ηΐος ἔχειν. ςρεπτοι δε τε καὶ θεοι αὐτοι
Τωνπερ καὶ μειζων ἀρετη, τιμη τε βιη τε.
Και μεν τȣς θυεεσσι καὶ ἐυχωλης ἀγανησι
Λοιβη τε, κνίσσητε παρατρωπως ἀνθρωποι
Λισσομενοι, ὁτε κεν τις ὑπερβηη καὶ ἁμαρτη.

i. e. *Sed Achilles doma animum magnum : neque te oportet*
Imisericordem esse : flecti enim possunt & Dii ipsi
Quorum etiamsi major virtus honorque potentiaque,
Tamen hos Sacrificiis & votis placidis
Libamineque, nidoreque avertunt ab ira homines.
Supplicantes, cum quis transgressus fuerit & peccarit.

Neque locus ex Odyss. Σ. supra citatus probat, prorsus omnes actiones Hominum Dei operationes esse. Commentatus est in hunc locum. M. *Casaubonus*, extat illius explicatio ad *Calcem Epistolarum Parentis* & suarum pag. 174. seq. *Edit. Almelov.* Tres in medium profert loci hujus interpretationes. *Prima*, quam antiquissimam agnoscit *Eustathius*, est eorum, qui cœlo & syderibus omnia humana, ipsas etiam mentes, his verbis ab *Homero* subjici censebant : quasi hoc voluisset, prout cujusque diei naturalis ex astrorum positura & influxu constitutio est : tales & homines, pro cujusque particulari temperamento, & animo & corpore quotidie existere. Secundum hanc interpretationem το οἷον ad ἡμαρ refertur

ſertur & præpoſitio ἐπι, non ad ἡμαρ, ſed ad verbum ἀγει pertineret, quaſi ſcripſiſſet τοιος νοος των ἀνθρωπων οἷον ἡμαρ ἐπαγει πατηρ. In hunc ſenſum interpretatus eſt *Cicero*.

Tales ſunt Hominum mentes qualis Pater ipſe
Jupiter auctiferas luſtravit lumine terras.

II. Interpretationis ratio verba ita conſtruit: Τοιος νοος ανθρωπων οἷον (νοον ſcilicet) ἐπ ἡμαρ αγησι πατηρ &c. *Senſus* eſſet; *talem eſſe mentem mortalium, qualem Parens omnium (Divum atque hominum) diem induxerit:* Atque ita cepit ſententiam Homeri *M. Tyrius* aliique: imitatus illam eſt *Archilochus* ita:

Τοιος γαρ ἀνθρωποισι θυμος, γλαυκε λεπτινεις παι,
Θνητοις ὁποιην Ζευς ἐφ ἡμερην αγει.

Tertia nititur primâ illa verborum conſtructione τοιος νοος & ἐπ ἡμαρ: ſenſum autem elicit talem: *qualem ſcilicet* cujusque diem (*id eſt ſtatum & fortunam*) *pro diversâ temporis ratione Deus eſſe voluerit; talem & animum ipſius, id eſt mores, & opiniones eſſe ſolere.* Secunda, & tertia verſuum illorum interpretatio nihil habet quod cum ratione poſſit culpari, aut ad *fatum* referri. Primam autem intellexiſſe *Homerum* certè non ex verſibus hisce, ſed aliunde probandum eſſet. Nulla autem certa hujus interpretationis veſtigia in *Homero* deprehendo. Secunda autem, & tertia cum ſententiis ejus apprime conſpirant. Sed pergamus ad reliqua. *Jovi* adſcribit *Homerus ſcientiam fatorum, quæ ſingulis mortalibus contingunt.* Ita Il. γ. v. 308.

Ζευς

Ζευς μεν πȣ ȣοιδε καὶ ἀθανατοι θεοι ἄλλοι
Ὁπποτερω θανατοιο τελος πεπρωμενον ἐστιν.

i. e. *Jupiter nimirum hoc scit & immortales Dii reliqui*
Utri mortis finis fato destinatus sit.

Omniscientia autem in genere illis tribuitur Odyss. Δ. v. 457. θεοι δε τε παντα ἴσασιν, *hinc etiam memor est Virorum optimorum.* Ita Odyss. λ. Jupiter ad Minervam.

Πως ἀν ἐπειτ' ὀδυσηος ἐγω θειοιο λαθοιμην
Ὁς περι μεν νοον ἐστι βροτων, περι δ' Ιερα θεοισιν
Ἀθανατοισιν ἐδωκε τοι ȣρανον ἐυρυν ἐχȣσιν.

i. e. *Quomodo unquam ego Ulyssis divini obliviscerer,*
Qui & mente supra mortales est, & supra cœteros sacra Diis
Immortalibus dedit, qui cœlum latum habitant.

Distribuit autem Deus dona mortalibus varie, secundum Homerum. Ita Odyss. VIII. *Ulysses* importuno *Euriale* succensens ait: v. 165.

Ξειν' ȣ καλον ἐειπες. ἀτασταλω ἀνδρι ἐοικας.
Ὠυτως ȣ πανεσσι θεος χαριεντα διδωσιν
Ἀνδρασιν, ȣτε φυην, ȣτ' ἀρ' φρενας, ȣτ' ἀγορητυν.
Ἀλλος μεν γαρ τ' ἐιδος ἀκιδνοτερος πελει ἀνηρ
Ἀλλα θεος μορφην ἐπεσι ςεφει. Οι δε τ' ἐς ἀυτον

Τερπο-

Τερπομενοι λευσσȣσιν. Ο᾽ δ᾽ ἀσφαλεως ἀγορευει
᾽Αιδοι μειλιχιη, μετα δε πρεπει ἀγρομενοισιν
᾽Ερχομενον δ᾽ανα ἀστυ, θεον ὡς ἐισορωσιν
᾽Αλλος δ᾽ αὐ ἐιδος μεν ἀλιγκιος ᾽Αθανατοισιν
᾽Αλλ᾽ ȣ᾽ οἱ χαρις ἀμφιπεριστρεφεται ἐπεεσσιν.

i.e. *Hospes non honeste dixisti: Stulto Viro similis es.*
Ita non omnibus Deus munera dat
Viris neque formam, neque prudentiam, neque Eloquentiam:
Alius quidem formâ inferior est Vir,
Verum Deus formam Eloquentiâ ornat: alii quoque in ipsum
Læti aspiciunt, & ipse securè loquitur
Modestia suavi, eminet autem in cœtu:
Incedentem autem per urbem, velut Deum aspiciunt.
Alius autem rursus formâ quidem similis immortalibus,
Sed haud ei gratia addita sermonibus.

Idem *Jupiter* Odyss. Δ'. v. 206. *omnem felicem successum Hominum Deo adscribit.*

Ρειια δ᾽ἀριγνωτος γονος ἀνερος ὡ τε κρονιων
᾽Ολβον ἐπικλωση γαμεοντι τε γεινομενω τε.
Ω᾽ς νυν Νεστορι δωκε διαμπερες ἡματα παντα,
᾽Αυτον μεν λιπαρως γιρασκεμεν ἐν μεγαροισιν
᾽Υιεας ἀυ πινυτȣς τε καὶ ἐγχεσιν εἰναι ἀριστȣς.

i.e. *Facilis enim cognitu proles viri cui Saturnius*
Felicitatem destinat & uxorem ducenti & nascenti
Quemadmodum nunc Nestori dedit jugitur diebus omnibus

Quem-

Ipsum quidem molliter senescere domi suæ.
Filios rursus prudentes & hasta esse optimos.

Vide & *Odyss.* XIV. v. 63. seq. *gloria* etiam a Deo est Iliad. XVII. v. 251. Ἐκ δὲ Διος τιμη καὶ κυδος ὀπηδει. Ita virtutem etiam bellicam, *donum Dei* esse Iliad. XX. v. 125. seq. Et ut tandem cœtera quæ magnâ copiâ in libris *Homeri* inveniuntur omittam, & *præmia* & *pœnæ* post mortem manent homines. Vide prolixe de hoc Odyss. XI. v. 561. seq. Iliad. VIII. v. 13. seq. Ex hisce omnibus concludimus, probabile quam maximè, *Homerum* Numinis existentiam, Providentiam & cætera Deo digna attributa agnovisse.

Sed audiamus jam ea, quæ contra *Homerum* adferuntur: Celeb. *Clericus* postquam Tom. 3. Bibl. Select. p. 67. *Cudworthi* opinionem protulisset existimantis, licet *Homerus*, & *Hesiodus* omnia ex Chao, vel Oceano repetierint, Jovem tamen semper excepisse, quem Patrem Deorum Hominumque dixerint, addint: *Le mal est, que par ces Dieux, ils semblent entendre seulement la posterité de Saturne, & quelques Dieux contemporains, de qui Jupiter étoit le Roi comme il étoit le Pére des plusieurs autres* (†). De Hesiodo mox dicemus quod si

(†) Hoc ipsum dubium torsit etiam Celeb. *Moshemium* v. notas ad *Cudw.* Tom. I. pag. 429. at præter dicta nota, si vero credidit Homerus Jovem & cæteros Deos ex Chao oriri, ratio tandem reddenda est, unde Homerus ad cognitionem Dei & attributorum ejus pervenerit: certe ex hypothesi de æterna aliqua materia hoc non hausit. Sive igitur ex proprio sensu, sive opinione vul-

ſi *Homerus* cuncta, quæ exiſtant ex chaoo derivaſſet, nondum eſſet Atheus, ſed inter Dualiſtas ſtas referendus, dum ubique attributa Dei agnoſcit, impe-

---

gi ita locutus ſit, videtur ab Atheismi crimine abſolvendus, non melius quantum in re obſcura fieri poteſt, res illuſtrari poteſt, quam exemplo quorumdam Scriptorum Eccleſiæ Romanæ. Altiſſime radicata eſt opinio plebis ſe virtutibus Sanctorum, adeo ut centies audias hos vel illos Sanctos invocari rebus in arctis, vix ſemel præpotentem omnium Dominum: Homines igitur ſuperſtitioni dediti; at non plane Dei O. M. immemores, quoties de rebus divinis loquendum eſt, dudum receptis opinionibus ſeſe accomodant, ita tamen ut ſubinde Dei etiam mentionem faciant. Homerus receptas fabellas de Diis aliter ſe tueri non poſſe credidit quam ſi antiquas fabellas retineret, ita tamen ut partim extolleret quos in Divum numerum receperunt, partim etiam ea quæ de Numine Optimo a Sapientibus ſui ævi admittebantur, confirmaret. Hoc autem a me non eo animo dictum eſt, quaſi exploratæ veritatis ſint, quæ adſero, aut recte feciſſe Homerum contendam, conjectura eſt prætereaque nihil. Hoc unum certè credere non poſſum, Poëtam præter materiam nihil admiſiſſe, atque ex rudi indigeſtaque mole nonſolum omnium rerum, ſed & ipſius Jovis, originem repetiiſſe. Infinita loca ſunt, quæ huic ſententiæ contrariantur, ſed fruatur quisque ſuo judicio. Ipſe certe *Celeb. Moshemius* loco citato ait. *Hoc ſine controverſia dederim, Homerum reliquis Diis omnibus Jovem ſuum præfeciſſe ſummumque ipſi præterea in res univerſas Imperium attribuiſſe. Loquuntur id infiniti ejus loci.*

imperiumque in materiam eidem adſcribit. Imo ſi Deum corporeum, at ſumma intelligendi vi præditum, credidiſſet *Atheiſmi* poſtulari non poſſet, vel ipſo judice *Clerico* Bibl. Select. Tom. II. pag. 14. Non autem vel ipſum virum doctiſſimum exiſtimare, *Homerum* plane omnia, etiam ipſum Numen, ex materiæ inertis mole orta putaſſe, vel ea probant, quæ de *Polytheiſmo* eod. loco pag. 52. monet dicens: *Premiérement il faudroit établir l'idée véritable de la Divinité; après quoi il faudroit recueillir des plus anciens Poëtes, comme d'Homere & d'Heſiode, tous les traits qui y ont du rapport, & qui font voir que la véritable idée de la Divinité n'étoit pas entiérement effacée de leurs eſprits. Par exemple, on y trouve que les Dieux ſont tous puiſſans, immortels, bons, prévoyans, ſages, bienheureux, amis de la vertu & ennemis du vice. Il eſt vrai, qu'on n'y voit aucun veſtige de l'unité d'un Dieu, & que ſon idée y eſt à tous momens confondues avec des idées d'Etres Intelligens, ſujets à bien des incommodités, quoique plus excellens, que les Hommes, à qui ils reſſemblent d'ailleurs à divers égards. Cette Contrariété, que l'on trouve dans leurs tems, touchant le Dieu, n'étoient pas conformes à l'ancienne tradition, qu'elles avoient extrêmement obſcurcie. Quand ils parloient de Dieu, conformement à l'idée, que la raiſon nous en fournit, ils s'exprimoient, ſelon l'ancienne impreſſion, qui en étoit demeurée parmi les Hommes: mais quand ils attribuoient à Dieu des défauts humains, ils ſuivoient la depravation, qui s'étoit introduite depuis.* Fatetur igitur doctiſſimus Vir, in *Homero* antiquiſſimo Poëtarum inveniri veſtigia rectæ de Deo opinionis; hoc nobis ſufficit, qui interim non negamus, attributa Deo ſoli competentia tribui illis aliquando, qui *Homines* fue-

runt. Alterum, quod contra *Homerum* Viri docti urgent, petitum est ex variis illis vitiis atque erroribus, quos Diis suis non semel adscribit *Homerus* : Certe in eo nemo prudens *Homerum* unquam defenderit. Deploramus sortem illius temporis hominum, quibus tam insani ac parum cauti obtigere Doctores. Quamvis enim haud credam *Homerum*, dum impias actiones Diis suis adscripsit, omnem Numinis reverentiam ex animis hominum evellere voluisse; certum tamen est plebem exemplo Deorum ad mala perpetranda inductam fuisse: notum est quid contigerit *Chereæ* apud *Terentium* in *Eunucho* Act. III sc. V. v. 36. unde *Vellejus* apud *Ciceronem* d. N. D. Sect. 42. *Nec enim multo absurdiora sunt ea, quæ Poëtarum vocibus fusa, ipsa suavitate nocuerunt : qui & irâ inflammatos & lubidine furenteis induxerunt Deos, feceruntque ut eorum bella, pugnas, prælia, vulnera videremus : odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, quærelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortaleisque ex immortali procreatos.* Factum inde etiam, ut *Plato Homerum* e Republica suâ procul esse jusserit. Miror itaque Viros doctos *Homerum* in eo defendere voluisse. Inter modernos hoc nuper fecit Vir doctissimus *Rollinus* Professor Eloquentiæ in Collegio Regio Parisiensi. Ille enim in *Methodo addiscendi elegantiores Literas* pag. 226. seq. ita contra *Ciceronem*, & *Platonem* insurgit : *L'un & l'autre* (Plato nempe & Cicero) *se trompoient en ce point, qu'ils ne remontoient pas jusqu'à la première source du desordre. Elles étoient bien plus anciennes que lui & faisoient partie de la Théologie Payenne. Il peignoit les Dieux tels qu'il*

les

les avoit reçu de ses Peres & tels qu'ils étoient crus & connus de son tems. C'étoit donc à la Religion même, qui supposoit de tels Dieux, & non à la Poësie, qui les représentoit sous l'idée qu'on en avoit, que Platon devoit s'en prendre. Et c'étoit la en effet le secret motif de la loi, par laquelle il chassoit de sa Republique les Poëtes. Car toute la Théologie du Paganisme étoit partagée entre deux Ecoles, celles des Poëtes & celle des Philosophes. Les premiers conservoient le precis des coutumes & des traditions immemoriales, autorisée par les loix de l'Etat liée aux fêtes & aux ceremonies publiques. Les Philosophes rougissant en secret des erreurs grossieres du peuple enseignoient à l'écart une Religion plus pure & plus degagée de cette multitude des Dieux pleins de vices & de passions honteuses. Ainsi Platon en excluant de sa Republique les Poëtes bannissoit par une consequence necessaire toute la Religion populaire, pour y substituer la sienne, & par ce detour adroit, il se mettoit à couvert de la cigue de Socrate, qui avoit blessé la delicatesse du peuple en s'expliquant trop ouvertement contre les superstitions de la Religion ancienne & dominante, Cette reflexion sert a lever la contradiction qui paroit dans la conduite que ses Atheniens tinrent à l'égard d'Aristophane & de Socrate. On ne sait pourquoi ils sont si impies au theatre, & si religieux dans l'Areopage : & pourquoi les mêmes spectateurs couronnent dans le Poëte les boufonneries si injurieuses aux Dieux, pendant qu'ils punissent de mort le Philosophe, qui en avoit parlé avec beaucoup plus de retenuë. Aristophane en representant sur le theatre les Dieux avec des characteres & des defauts qui excitoient la risée, ne faisoient qu'en copier les traits d'après la Théologie publique. Il ne leur imputoit rien de nouveau & de son intention, rien qui ne fut conforme

aux opinions populaires & communes. Il en parle comme tout le monde pensoit, & le spectateur le plus scrupuleux n'y appercevoit rien d'irreligieux qui le scandalisat, & ne soupçonnoit point le Poëte du dessein sacrilége de vouloir jouer les Dieux. Au contraire, Socrate combattant la Religion même de l'Etat, renversant le Culte hereditaire & paternel, avec toutes les solennitez, ses ceremonies, ses mystères choquant, tous les préjugez établis & reçus, paroissoit un impie declaré : Et le peuple irrité d'une temerité si sacrilége, qui attaquoit tout ce qu'il respectoit comme plus sacré, croioit devoir rallumer tout le feu de son zèle pour vanger sa Religion. Car il faut necessairement une Religion à l'homme. Il ne peut s'en passer. Les Principes en sont fort profondement gravez dans le cœur pour l'etouffer. Mais il veut qu'elle soit indulgente, commode, complaisante; & que loin de gener ses penchans naturels, ou de les condamner, elle les excuse & les autorise. C'étoit une Religion de ce caractère que les Athéniens aimoient, & c'étoit en la leur representant avec ces couleurs, qu'Aristophane attiroit leurs applaudissement & leur louanges. Hactenus Rollinus. Contra hæc duo regero, primum est : Verum quidem esse opiniones illas de Diis vel ante *Homerum* invaluisse, quod ante *Rollinum* jam notavit Vir summus Joh. *Clericus* in *Commentario ad Hesiodum* pag. 37. sed num inde sequitur, jure *Homerum* hoc fecisse? Theologi erant *Poëtæ*; at dedecet hominem de Deo ita irreverenter loqui, decet illos quam maxime omnem navare operam ut plebs rectè de Deo sentiat, & pure eum colat : Secundo, aut jure meritoque damnatus est *Socrates*, aut pessimè fecerunt Athenienses, quod tantum Virum cicutam bibere jusserunt; prius hactenus nemo æquus rerum judex dixerit :

dixerit; omnes clamant optimo Viro ſummam injuriam factam. At quid agebat præſtantiſſimus Vir? certe non prorſus Religionem Atheniensium ſubvertere voluit, quia τω νομω της πολεως Deos colendos putavit: ſed ſenſim ſenſimque rectiora de Deo eos addocere voluit; quod ſi igitur male ab Atheniensibus vitâ eſt privatus, recte fecit, quod ſtultas opiniones animis hominum evellere voluit. Sane judicium *D. Rollini* nititur falſiſſima regula, nimirum non opportere Viros ſapientes erroribus publice receptis ſe ſe opponere, ſed juxta leges Reipublicæ ſentire, loqui, ſcribere. Hæc regula ſi valuiſſet, nunquam Gentilium Religio fuiſſet ſubverſa, quod tamen omnibus viribus fecerunt Religionis Chriſtianæ primi Confeſſores. Sane non *amore veritatis*, ſed *Sectæ*, cui addictus eſt *Rollinus* inductum hæc dixiſſe vel inde patet; quod in tota prima parte egregii libelli rectiſſime monet, Præceptores omnibus viribus conniti debere, ut impietatis ſemina ex animis tenerorum adoleſcentium radicitus tollant. At quomodo id fieri poſſet ſi Poëtæ veteres tam abſurda de Diis proferentes non taxarentur? Fuerunt imprimis qui exiſtimarunt, ea quæ *Plato* de *Homero* dixit, non ita ut communiter ſumuntur, eſſe interpretanda, quaſi nempe e civitate ſua tanquam peſtem proſcriberet, ſed ut laudibus cumulatum, extra plebis imperitæ ſuſurros, & invidiam conſtitueret. Ita doctiſs. *Grævius Lect. Heſiod.* pag. m. 114. Poſtquam oſtendit veteres eos, quos divino honore affici voluere, unxiſſe; variisque tæniis ac coronis ornaſſe, ſic ait: *Hinc intelligimus cur Plato, ubi Homerum é ſua Republica in aliam Rempublicam dimittendum eſſe cenſet, eum jubeat unctum & lanâ*

coronatum educi : ἀποπεμποιμεν τε ἀν εἰς ἀλλην πολιν inquit μυρον κατα της κεφαλης καταχεοντες και ἐριω στεφαντες: *amandari quidem volebat Homerum é ſua civitate, ne qua opinio ſequior civibus ſuis, qui fabularum myſteria non intelligébant, per imprudentiam ex ejus cantibus affricaretur; ſed volebat eum dimitti non tanquam hominem ſceleſtum & infamem, ſed tanquam hominem divinum, dignumque qui ad inſtar Dei ungeretur, & lanâ coronaretur, hoc eſt, divinis adſiceretur honoribus. Diis enim & rebus ſacerrimis hic honos habebatur. Homerum enim Plato unus omnium maximi faciebat, & ob artis divinitatem mirificæ celebrabat, ejusque ſententiis utebatur frequenter ad docendum, verbis verò & loquendi generibus ad dictionem expoliendam. Hæc eſt vera ratio, cur ungi & ἐριω voluerit coronari Homerum Philoſophus; non quod tanquam exul & civiliter mortuus fuerit ejectus, quia mortui ungebantur: nec propter Poëtarum mollitiem, quam lanea corona ſignificaverit, ut hercle Muſarum & Platonis ingratiis docuit Andreas Schottus* Noct. Ciceron. Lib. III. pag. 12. hactenus *Grævius.* Equidem indignari non poſſum doctiſſimo *Grævio*, *Homerum* magni æſtimanti, eamque quam Plato contra eum conſtituit legem, benigne interpretanti; vix tamen mihi perſuadeo, *Platonem* tam benigne de eo ſenſiſſe; qui multis in locis male ob dictam ſupra cauſam de eo judicat: ſaltem aliter ſunt interpretati veteres; *Theodoretus* Serm. 2. & 10. *Therapeut.* Aliter inter modernos interpretatur doctiſſimus *Jeſuita M. Mourges Plan Theologique* du *Pythagoriſme* Tom. I. p. 275. poſtquam enim verba Platonis, quæ libro 3°. de Republica continentur, adduxiſſet, addit: *Voilà cette memorable & formidable loi contre les Poëtes de laquelle*

laquelle les Peres ont tant parlé à l'honneur de Platon, & à la honte des Mythologues & des adorateurs des Dieux de la fable. Pourquoi ce parfum & cette couronne de laine? L'un pour traiter ces faiseurs de Contes obscenes comme des personnes ou infectées de quelques mal contagieux, où dont l'haleine sent & incommode, ainsi que Theodoret l'insinue dans son troisième discours contre les Grecs: l'autre en derision de la couronne Apollinaire qui faisoit l'ornement & la distinction des têtes Poëtiques. Theodoret qui cite cette loi dans deux discours differens, dit toujours que Platon congédie Homere après l'avoir parfumé comme les femmes congedient les hyrondelles, symbole des Jaseurs importuns avec lesquels Pythagore conseille d'avoir peu de commerce: ne pas souffrir les hyrondelles dans sa maison, c'est le huitieme de ses symboles. Crediderim itaque *Homerum*, siquidem *Platonis* judiciis stare & cadere debuisset, eandem mercedem accepturum fuisse, quæ Principi illi apud *Phædrum* data, qui ligato crure, nivea fasciâ, niveis tunicis, superbiens honore divinæ domus capite protrusus est foras. Adde quæ *Viri docti* ad *Minutium Felicem* de hoc argumento in medium protulerunt, Edit. J. *Gronovii* pag. 225. ut & ad *Athenæum* pag. 77. Edit. *Dechair*. Confer cum iis, quæ de Philosophia & Religione Homeri dicta sunt in celeb. & amicissimi *Brukeri* Hist. Cricit. Philosoph. Tom. I. Part. II. Lib. I. Cap. 1. de *Philosophia Græcorum fabulari.*

Religionem Hesiodi repræsentabit sequens Musei Particula.

tur. Sed in gratia ac cognitione, quam adſequuti ſunt, in dies magis magisque progrediendum, donec toti ad imaginem Dei reformentur.

Corrigenda.

In Diſſert. de Relig. HOMERI. p. 186. ante vocem *Socratis* adde *Dicta*. p. 187. pro *ei* lege *Ejus Scriptis*. p. 192. *correpum* lege *correptum*. p. 215. *addint* lege *addit*. p. 215. in Notis lege: *at præter ea, quæ ſupra dicta ſunt, nota, ſi vere* ... p. 216. pro *ſe* lege *de*. p. 223. pro *Athenæum* lege *Athenagoram*.